

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

Præcepta de oratione Nuptiali. Ex Dionysio Halicarnassensi. Similia fermè  
habet Menander Rhetor Πεςί ἐπιδαλαμίων. Oeconomia. Capvt IX.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

*vel si fide non caret,* Est in Græco ἐν δι καρ-  
ποι διμητριακοὶ η πίσεως.

Deinde εὐπορῆται δέ που χρεὶ τούτων  
ἔκδοσιν, ex quo apparet iustitia non referri  
ad πίσις, puto legendum cum Sylburgio πί-  
σις, nam pinus, ut testatur Archias, præmii  
um quaque fuit eorum certaminum.

## Præcepta de oratione Nuptiali.

Ex Dionysio Halicarnassensi.

*Similia fermè habet Menander Rhetor*

Περὶ ἑπιθελαμίων.

## Oeconomia.

## CAPUT IX.

**E**xordium officiosum ad amicum, in quo  
ad significandam gratulationem suamus  
est verbis, συγχρεειν, χράσαντεύγ.  
Bacchari dicuntur οἱ ποικτῶν, χρήτόρενθε-  
σιῶντες. Statius in epith. stellæ,

*Multumque pares bacchamur ad aras.*

*Epithalamī* toribus ducetur. Christiani tanto uberiori ha-  
bent hoc argumentum, quanto Dei nuptiarū  
læ orationis auctoris maiestas, larvas omnes falsorum nu-  
partes.

Secundum argumētum, à natura, ipsiusq; vi,  
de in rebus cōmībus progenerandis fecundi-  
tate, qui locus a Statio pertextus est in epith.  
Stellæ, versu 182. μετὰ τὴν λόντην τὸ χάρεστον  
δός ὅπο τὴν φύσεως θηληστρῆ γάμο  
Menander Rhet.

Tertiū argumentum, honestas nuptiarum.

Quartum, effectus, quædam species immor-  
talitatis. τὸ ἀνθρώπεον ἐξ τοῦ κοινωνίας τὸ γά-  
μου γέγονεν ἀδύταρον.

Quintum argum. varia adiuncta, & utilita-  
tes, quæ ex castis nuptijs proueniunt. Tem-  
perantia ex vagis thoris coercitis. Effectus  
prolixior erga parriam, ob maius vinculum  
necessitudinis. Misericordia humanæ tolerabilio-  
res ex societate. Voluptates ex eodem contu-  
bernio iucundiores. Propagatio familiarum,  
pagorum, vrbium, affinitates, & amicitiae, vbi  
exempla felicium connubiorum afferenda.

Sexta pars, votum pro felicitate nuptiarū,  
& coniugum concordia. Omen, & præsagium  
de liberis futuris, ac eorum honesta educa-  
tione. Filij patrum ἔμφυξι Exempla de  
claritate filiorum, & eorum gloria in paren-  
tes redundante erunt proferenda.

Septima pars, laus coniugum, quæ præci-  
pua est totius operis, & in nobilium panegy-  
ricis cæteris præponenda. Afferuntur lauda-  
tionis istius capita, de quibus supra dictum  
est liquidius.

Octauum, Vaticinium de excellentia fili-  
orum. Character autem huius orationis debet  
esse simplici cura limatus ἄρετος & Xenopho-  
tæus.

*Sic igitur ille.*

**M**ichi profectò iucundum admodum fuil-  
set, tuis non solum adesse, sed interesse  
nuptijs, o carissimum caput: quo tecum simul  
chorum ducerem, tecum baccharer, & paulo  
post conficiendum matrimonium iterum, at-  
que iterum laudibus extollerem, Hymenæū-  
quesquem in nuptijs dici par est canerem. Ve-  
runt cum vinculum horum, quod ad litterarum  
studia, ad præsentemque eruditioñem attinet,  
nos inuicem separari, ( absit enim vt mente,  
affectu, & cogitationibus, quæ ad animorum  
coniunctionem spectant, vñquam seiu-  
mūr) idcirco habeas hoc à me rāquam aliquod  
minus, ad vñsum, atque ornamentum nuptiarum,  
vt nec expers, nec ignarus sis corum, quæ  
de his dici consuevere: seu tu id apud teip-  
sum seruare, siue alieui tanquam symbolum  
ad promerendam gratiam conferre volueris,  
fortè igitur & tu iam à iuuentute initio  
huiusmodi orationem prolufisti, dum pri-  
mam apud me Rheticorum viam ingressus,  
tum cæteris conscribendis, componendisque  
rheticis exercitationibus operam nauares,  
tum etiam ea quæ quæstiones vocantur, & ex  
his ea, quæ ad orationem de nuptijs per-  
tinent, & cohortationem ad ciuismodi res stu-  
diosè admodum persequereris. In illis enim,  
quæ præcipua sunt, hanc etiam in primis ma-  
teriam iuuenes ad scribendum deligunt, an-  
sit vxor dicenda. Oratio autem, quam aunc  
in manibus habemus, in eiusmodi locutionum  
genere versatur: nec ab ijs, quibus in  
quæstionibus Deorum vñconsuevimus, dis-  
sentire videtur: quod hi scilicet iuuenere, o-  
stendereque hominibus nuptias. Iupiter e-  
mili, & Juno, primi coniungentes, & copu-

lan-

Nuptiarum  
fructus,  
i.e.m  
Matrimo-  
num.

*Iupiter Pa-* lantes. Proinde hic quidem omnium pater  
ter.  
*Juno iuga-* vocatur; illa vero, iuga nuncupatur, quod ma-  
rito foemina coniungat: & ab ipsis diis reli-  
quorum Deorum, qui in nuptijs celebra-  
tur, ac nuptiales, natalesque appellantur, co-  
etus in mortalium vitam prodijt. Et nuptiae  
sunt in causa, ut Di*j* isti ita nominentur, co-  
lantur, maximoque in honore habeantur.  
Nam absque nuptijs, neque horum Deorum  
cultus celebrationesque ad homines perue-  
nissent. Deinceps orationem de natura oportet  
inducere, quod hoc ipsius est opus, gene-  
rare scilicet, concipere, & partum ferre. Id  
que per omnia ipsius opera, & animalia, &  
plantas transire.

*Nuptiarum lau-* Adducemus postea differentiam, quae est  
in hominum cœtu, atque societate: quod alia  
sanè imprudenter, & temere miscentur, homo  
autem ordinem quandam matrimonij, &  
institutum indunit, non ut gregatum ferarum  
more lasciuire concedat, sed qui duorum maxi-  
mè commodioram coniunctionem, societatemq;  
per vniuersam vitam excogitauerit. In  
qua planè re commemoranda attinges, à fe-  
ra, agrestique, ac erratica vita discessisse, &  
ad humanum, mansuetum, ordinatumq; virtutum  
per matrimonium deductos fuisse. Et ho-  
minum genus eum mortale sit, ex matrimonij  
coniunctione, arque Societate, propter continua-  
tionis seriem, immortale effectum fuisse.  
Nam susceptione posterorum, veluti  
lumen accenditur: quod & posteritati per  
generationem hominis permanet, ac nunquam  
extinguitur. Et hoc viri symbolum optimum,  
non pecuniarum, aut possessionum, sed  
ipsius naturæ, & generis, non iniuria quispiā  
dixerit. Scrutaberis, & quæres præterea post  
hæc, quot bona eis coatingant, qui vxores du-  
cunt. Primum quidem, ad glorię existimatio-  
rem. Nam temperantia fructum, que nimis  
optima virtus est pars, statim ab ipsis nup-  
tijs assūci qui incipiunt. Matrimonium enim,  
continuo temperantes homines reddit: quo-  
niam ij, qui ad id sese contulerer, ab illegiti-  
mo, inordinatoque coitu liberati, ad solam  
propriam vxorem respicere videntur. Ex hoc  
namq; homines honeratores euadunt, fide-  
liores, benevolentioresque omnibus in re-  
bus erga patris consentur: eo quod tuos ipso-  
rum liberos, tanquam obsides, patris dede-  
gint: propter quos in primis necessarium est,  
ut in consilium adhibeantur, recipiāturq;. Ad  
doctores etiam, & difficiliæ quæ sunt in vita,

nuptiae sunt vtilissimæ: quippe quæ hæc tan-  
quæ onera reddant leuiora, cum molclarum  
omnium uxores faciamus participes, & ex so-  
ciate, & communicatione non minimam  
capiamus consolationem. Hinc ea, que suavia,  
iucunda sunt, necesse est ut videantur iucun-  
diora: cum ipsis non nobismeris tantum le-  
temur, sed filios, uxores, aliosque consanguineos  
habeamus, quibuscum hæc communicemus,  
qui profecto hæc nobiscum celebrent,  
nobiscum gaudeant, ac latitia simul effera-  
ntur. Hac de causa dies festi, solemnies celebri-  
tates, ludi, conuentus publici, iucundiores  
sunt: quia inter multos sunt, & cum multis  
communicantur. Ex qua nimisrum re affinitates  
augeri necesse est.

Addes etiam, quod ex hoc primum habita-  
tiones, domusque sunt ædificatæ, ædifica cō-  
iuncta, postea pagi, vicique facti, & deinde ci-  
uitates constitutæ. Ex matrimonio vero quam  
plurimorum cognitio, & cum externis homini-  
bus affinitas, cognitione est consecuta. Ad  
quod comprobandum, apponenda exunt, &  
commemorandæ celebres, & gloriosæ nup-  
tiae, vel antiquæ: & bona, quæ propriea ho-  
minibus prouenire, explicanda, & difficultia,  
atque molesta fere omnia matrimonio pepel-  
li, nec non fugari, demonstrandum, & quo  
pacto Menelaus propter nuptias Helenæ im-  
mortalitatis factus sit, & Peleus ob Theridis  
matrimonium, & Admetus propter Alcestis  
fatalem mortem cuitauerit.

Vbi autem de his satis dictum fuerit, pre-  
cibus, quæ bonorum petitionem pro nuptijs,  
ac susceptione liberorum habeant, vteris. Pre-  
terea tibi erit effingenda malorum auctorij ve-  
luti prædicenti qualis vita sit futura cum li-  
beris, & quod eorum chorus, si contingat, erit  
inipienti iucundissimus, & quod rursus in-  
flaurabit quodammodo, & vna cū proprijs  
liberis iterum adolesceret. Tum etiam memo-  
rare oportebit ea, quæ & ipse aliquando in iu-  
uentute gesserit. Suaus enim, & iucunda eo-  
rum, quæ in pueritia nostra fecerimus, recor-  
datio: nec aliud est, quod nos rursus faciat re-  
uiuiscere. Siverò quispiam suam ipsius imagi-  
nem inanimatam iuspiciens delectatur, quādo  
hanc non inanimem, verum expressam, viuā,  
& spirantem intuetur, & non vnan, sed mul-  
tas, (si ita contingat) quanto magis latari de-  
bet: hinc rursus discedendum, & attingendæ  
sunt, atq; commemorandæ aliquæ historiæ, in  
quibus sunt, quotquot mortales prope

Ooo 2 libe-

*Pueritiae  
cordatio  
juanu.*

liberos floruerint, & propulsatis atque auer-  
sis malis, scelices, fortunatique eualerint, vt  
Anchise, Aeneas opera, contigit. Opus est etiam  
personas illorum, qui matrimonio con-  
iunguntur, nequaquam silentio præterit, sed  
harum quoque laudes in medium afferre. Ali-  
quando igitur hac dicendi forma in princi-  
pio, aliquando in fine vtendum est. Si enim  
personæ fuerint gloria admodum celebres, in  
principio, si minus insignes, hac erunt sub-  
stenda, & ultimo loco recensenda. Laus autem,  
ea quæ in laudationibus sunt, continetur, &  
loci iisdem ipsi erunt, à patria, à genere, à natu-  
ra, ab educatione, & quod æquales, similes,  
certique ambo sunt. Sumes itidem laudandi  
argumentum ab ipsorum parentibus, atque  
maioribus, qui profectò si ex eadem sunt pa-  
tria; quod iam diu familiares, atque peculiares  
ex loco sint: si autem ex diuersis, quod à Diis  
optimis maximè in hanc societatem coacti  
fuerint: item si ex eodem genere sunt, quod  
incrementum, amplificatio, & familiaritas  
affinitatis alia ad aliam accessit: proinde vin-  
culum multo firmius, & validius effectum  
est. Quando autem à varijs studijs, atque in-  
stitutis sunt, vt militiaræ, vt literarum, concen-  
trum hunc, cum sapientiae sit adiuncta fortitudi-  
tudo, optimum esse consentaneum est. Addes  
insuper, quales par est futuros illos, qui ex his  
procreati suscipiuntur. Si autem tu ipse, qui or-  
ationem haberet, vxorem duceres, de hoc  
ipso eleganter, & venustè exordium faciendū  
est: quod si amatores amores, & delicias suas  
laudant, multo nimur magis te decet mar-  
rimonium laudare, quam illos suas ipsorum  
delicias: & quod oratione, & disciplina etiam  
ex hoc vtendum est, tanquam iam exordien-  
tem, & de filiis vaticinante, quod & ipsos  
in ijs, quæ ad disciplinam pertinent, præstan-  
tes easuros verisimile, ac nequaquam dissen-  
sancū est. A simplici vero elocutione non exit  
discendum, sed Xenophontis, & Nicostrati  
vestigij inhaerendum, in paucis ad grauitatem  
orationem efferendo, si alicubui sententiarū  
cogat magnitudo. Hæc ille.

*Genealogia  
artificium*

*Præcepta de oratione natalitia.*

Partes, & cupita Generaliæ Ora-  
tionis.

**CAPUT X.**

Primo occurrit, Tempus & dies, si quid in  
eo celebre. Calendæ natalibus felices astri-  
mabantur. Item dies septimus, & sextus. Non  
nisi dies mensis Soli consecratus. Quintus de-  
cimus Mineruae sacer & plenilunio illu-  
stris.

Secundo, Anni tempestas commendan-  
da.

Tertio, Dies festi, si ita contingat, comme-  
morandi.

Quarto, Locus in quo quis natus est, con-  
siderandus.

Quinto, Familia eius, qui laudatur, comme-  
moranda.

Sexto, Deueniendum ad partem orationis  
principiam, quæ est laudatio eius, cuius dies  
natalis anniversaria memoria celebratur, ubi  
prescribitur modus & character istius lauda-  
tionis.

Septimo, precatio & votum.

Sequitur oratio quæ in puerorum nativitate  
dici consuetit: nuptias enim partus subse-  
quuntur oportet: quam & ipsam hoc modo  
conuenit perficere. Cum nativitatis viuisce-  
iusque principium sit dies, in qua in lucem  
editur, pauca de die dicantur necesse est, quæ  
quasi laudem occasionis cuiusdam & opportu-  
nitatis complectantur, atque contineant. Si  
vtique proprium aliquid insigne, vel decorum  
præter alias dies habuerit: vt si calendis natus  
sit, quod est mensis principium, principium  
autem est optimum, & à principio sunt omnia:  
& quod est totius dimidium, vel totum, au-  
tope Platone. Si vero septimus, vel sextus sit,  
sacros hos dies, Diisq; dicatos esse dicemus, Dies non  
& communitatem quandam esse cum diis mensis Sit  
ipsis, ob nativitatis opportunitatem. Poteris Sacer.  
etiam de nono dicere, quod est foli consecra-  
tus: & quod consentaneum est, illum qui in  
eiusmodi die natus fuerit, insignem & illu-  
strem euasurum, & forte etiam (quemadmo. Supersticio-  
rum est Solis natura) beneficium. Si autem  
fuerit quintusdecimus, hunc itidem Miner-  
uae attribui, & in hoc perfectum esse plenilu-  
nium: & quod par est, huius viri nativitatē e-  
iusmodi futurā, vt in ea nihil desit. Eodē etiā  
modo de reliquis diebus, quos aut principio,  
aut fini accommodare studebis: & considera-  
ris ijs, quæ in medium possis afferre, sic lau-  
dem confidere conaberis. Postmodum vero &  
tempus eiusmodi sit, considerare necessari-  
um erit: & omnem tempestatem, aut hys-  
mis, aut ycris, aut reliquarum anni partium,  
quem-